Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2249
Quelle:
Copyright:

Conſpectus omnium Tractatuum in hoc praeclaro Codice contentorum.

DCCCCXXXVII.

U. 210 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 397. 4. e variis Scriptis praecipue ad Concilium *Baſileenſe* pertinentibus conſarcinatus legatus eſt olim *ad Librariam Collegij Ducalis wien.* a *M. Paulo de Mellico* T. D. et ad S. *Stephani* Decano. Inſunt autem ei ſequentia, quae ad *Labbei*, *Manſiique* Collectiones exigam. *Fol.* 1. Oratio *Johannis* Archiep. *Tarentini* unius e IV. Oratoribus *Eugenii* Papae ad PP. *Baſileenſes*, quae incipit: *Humaniſſimam et ſanctiſſimam domini noſtri* &c. et habetur apud *Labb.* edit. *Venet.* T. XVII. *col.* 676. Notarii *Jacobi Adferricii* Subſcriptio hic abrupta, in *Codice* legitur integra.

Fol. 12. Oratio alia, quae incipit: *Maximam mihi dicendi fiduciam praeſtat* &c. Legitur apud *Labb. cit. col.* 663. et eſt *Andreae de Petra* Archiep. non *Coloſſenſis*, nec *quarti Ambaſiatoris Papae*, ut eſt in titulo apud *Labb.* ſed *Coloczenſis* in Hungaria et *ſecundi* a *Tarentino* Oratoris, de quo pauca admodum. *Michael a S. Trinit.* in *Natalib. Archiepiſcopatus Coloc. Budae* 1746. p. 83. 4. Pertinent utraque ad a. 1432.

Fol. 24. Reſponſum Synodale ad has Orationes, quod habes apud *Labb. col.* 448. hoc initio: *Cogitanti huic ſacro generali Concilio* &c. In inſerto Cardinalium teſtimonio abeſt a Codice *A. Card. Senenſis*, ab Impreſſis vero *A. Card. Aquilegienſis*, *T. Card. Tricaricenſis* et *G. Card. S. Marci.*

Fol. 44. p. 2. *De modo procedendi in Concilio Articuli ſubſcripti per XII. ad hoc deputatos concordati ſunt.* Ineunt: *Primo ſint quatuor deputationes* &c. Ut. *Labb. col.* 577. Pertinent ad an. 1430.

Fol. 48. Fragmenta ex *Seſſione* I. Conc. *Baſil.* primum §§. XIX — XXI. ut extant *Labb. cit. col.* 234. initio: *Porro quia nonnunquam lingua ſubdola* &c. dein §§. VIII, XI. XII. ut. *col.* 225. initio: *Cum vero finis inſtaret ſeptennij* &c.

Fol. 50. *Bulla diſſolucionis Concilij Baſilien.* Nempe *Eugenii* IV. quae incipit: *Quoniam alto et incomprehenſibili domino* &c. ut *Labb. cit. col.* 733.

Fol. 52. p. 2. *Secuntur aliqua decreta Concilij Baſilien. generalis ſucceſſive facta et habita Anno &c. 32. XV. februarij.* Sunt *Seſſionis* II. ut *Labb. col.* 236.

Fol. 53. p. 2. *Citationis forma ad Dominum papam et Cardinales, et eſt tertia ſeſſio Concilij Baſilien.* Ut *Labb. col.* 238. Sed juvat ſemel monere, non raro variari elocutionem, et propria Nomina ab Editoribus *Gallis* et *Italis* ſaepe mire corrupta eſſe.

Fol. 57. Epiſtola data *Baſilea in profeſto viſitationis virginis glorioſe* 1432. Manifeſte ad Vniverſitatem *Vien.* a *Thoma Haſelbachio*,